

THE CHARTER OF MARYLAND

idoneis quam in portibus, estuariis et crecis provincie antedictae ac privilegio salendi et exsiccandi vel arefaciendi pisces in littoribus ejusdem provincie et ea de causa piscam et vimina ibidem crescentia succidere et capere; et calas et tuguriola in hac parte necessaria extruere prout rationabiliter haecenus nisi fuerunt aut potuerunt quibus quidem libertatibus et privilegiis dicti subditi nostri haeredum et successorum nostrorum gaudebunt absque notabili damno vel injuria praefato modo baroni de Baltimore haeredibus vel assignatis suis aut ejusdem provincie incolis et inhabitantibus in portibus crecis aut littoribus praedictis et praesertim in boscis et sylvis ibidem crescentibus aequaliter fienda et si quis hujusmodi damnum fecerit aut injuriam gravis indignationis nostrae haeredum et successorum nostrorum debiteque legum castigationis periculum panamque praeter emendationem subeat.

XVII. Volumus insuper statuimus et ordinamus ac per praesentes pro nobis haeredibus et successoribus nostris concedimus praefato modo baroni de Baltimore haeredibus et assignatis suis quod idem baro de Baltimore haeredes et assignati sui de tempore in tempus imperpetuum habeant et gaudeant telonia et subsidia in portibus navium stationibus et aliis crecis et locis praedictis infra provinciam praedictam solubilia sive emergentia pro mercimoniis et rebus ibidem onerandis et exonerandis per ipsos et populos ibidem ut praedictum est occasione emergente rationabiliter assidenda quibus eadem iusta de causa debita proportione assidere et inducere telonia et subsidia ibidem potestatem pro nobis haeredibus et successoribus nostris damus per praesentes.

XVIII. Et ulterius de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et iure motu nostris dedimus concessimus et confirmavimus ac per praesentes pro nobis haeredibus et successoribus nostris damus concedimus et confirmamus praefato modo baroni de Baltimore haeredibus et assignatis suis plenam et absolutam licentiam potestatem et auctoritatem quod ipse praefatus modo baro haeredes et assignati sui de tempore in tempus imposterum imperpetuum ad ejus vel eorum libitum et voluntatem possint et valeant assignare alienare concedere demittere vel feoffare praemissorum tot sales et tantas partes et parcelas eas perquirere volenti vel volentibus quot quales et quantas duxerint opportunas habendum et tenendum eisdem personae et personis eas capere vel perquirere volenti et volentibus haeredibus et assignatis suis in feodo simplici vel feodo talliato vel pro termino vitae viturum vel annorum tenendum de praefato modo baroni de Baltimore haeredibus et assignatis suis per tot sales et tanta hujusmodi servitia consuetudines et redditus quot quanta et qualia eidem modo baroni de Baltimore haeredibus et assignatis suis visum fuerit vel placuerit et non de nobis haeredibus vel successoribus nostris immediate et eisdem personae et personis et earum cuilibet et quibilibet damus et per praesentes pro nobis haeredibus et successoribus nostris concedimus licentiam auctoritatem et potestatem quod tales persona et persona praemissa sive aliquam inde parcelam de praefato modo barone de Baltimore haeredibus et assignatis suis recipere possit et possint ac tenere sibi et assignatis suis vel haeredibus suis de quocunque statu hereditario in feodo simplici vel feodo talliato vel aliter prout eis et modo baroni de Baltimore haeredibus et assignatis suis videbitur expedire de eodem barone de Baltimore haeredibus et assignatis suis statuto in parlamento domini Edwardi filii regis Henrici super regis Angliae progenitoris nostri edito communiter vocato "STATUTUM QUIA EMPTORES TERRARUM" in regno nostro Angliae dudum edito aut aliquo alio statuto actu ordinatione usu lege vel consuetudine aut aliqua alia re causa vel materia in contrarium inde antehac habitata facta edita ordinata seu provisa in contrarium inde non obstante.

XIX. Ac eidem baroni de Baltimore et haeredibus suis particulas aliquas terra infra provinciam praedictam in maneria erigere et in maneriorum eorum singulis habere et tenere curiam baronis et omnia quae ad curiam baronis pertinent et visum franciplegii ad conservationem pacis et melius partium illarum regimen per se et seneschallos suos vel aliorum maneriorum illorum cum constituta fuerint dominos pro tempore existentes deputandos habere et custodire et in eisdem omnibus uti ad visum franciplegii pertinentibus licentiam damus et concedimus per praesentes.

XX. Ac ulterius volumus ac per praesentes pro nobis haeredibus et successoribus nostris convenimus et concedimus ad et cum praefato modo barone de Baltimore haeredibus et assignatis suis quod nos haeredes et successores nostri nullo tempore imposterum aliquas impositiones custumas aut alias taxationes quotas seu contributiones quascunque imponemus aut imponi faciemus aut causabimus in aut super incolis aut inhabitantes provincie praedictae pro bonis terris vel tenementis suis infra eandem provinciam aut super aliqua tenementa terras bona seu catalla infra provinciam praedictam aut in aut super aliqua bona vel merchandizas infra provinciam praedictam aut infra portus aut navium stationes dictae provincie onerandas seu exonerandas et hanc declarationem nostram in omnibus curiis et praetoribus et coram quibuscunque iudicibus nostris haeredum et successorum nostrorum pro sufficienti et legitima